MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 2. Drittel 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35514
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



mentille ʒ j radicis diptami ʒ s rasure unicorni ℈ j croci ℈ ij fiat pulvis. Et nota
quod uterque pulvis ... vel suprascripto si zuccarum addideris bonum erit. Fiunt et in tertio sapores
cum cepe cocto in pinguedine et pane asso in aceto diu infuso cum quo si loco ʒʒ vel cia-
mon ponatur de pulvere suprascripto bonum erit et hic sapor multum venenum resistit. Et quia in
descriptione saporum seu condimentorum maneries mihi animus non sufficeret hic finem imponens cocis
modum relinquens talia preparandi sed quocumque fiat secundum tempora etates regiones complexiones et
cum suprascriptis sunt altaranda sic scilicet in tempore calido acetum agresta et similia ducuntur et acetum
maxime. Tempore vero frigido non sic ista dicitur cum istis saporibus commisceri et hec de condimentis
sive saporibus dicta sufficiant laus deo. Sexta capitulum de ferculis

Capitulum sextum de ferculis

Quia est hic hominum etas ut prima arvis contenta fidelibus primo carnibus sa-
poribus seu condimentis quieta non existens cottidie novum cibariorum modum nititur
invenire. Ea propter deinceps faciam de ferculis mentionem. Conveniet igitur amidum si
mulagineum ordei quam maxime et avene colatum furfuris cum lacte amigdalarum decocta
pultes ac etiam ex ordei farina potest et in tertio risum cum lacte amigdalarum preparatum ac aspersum
zuccaro manducari vel in brodio capitum aut carnibus bene pinguibus decoctum. Legumina
vitanda sunt omnia et maxime eorum substantia. Lentibus excorticatis exceptis que bene bis prebulite et
alia in aqua cocta aqua aceto sunt aspersi et talis quoque in tertio eorum usus in estate scilicet. Vulgares
vero de brodio cicerum ... faciunt magnum festum. Ideo si ipso magis medicinaliter quam cibaliter
uti volueris facias sic quia ipsa bene munda per prius lana. Deinde ad decoquendum ponatur in quarto
brodio ponatur modicum salvie maiorane petrosilini vel ysopi. Addendo oleum olive
pro libito voluntatis. Nec debet cicera ipsa in lixivio remolliri ut fit communiter quia virtus
propter quam eorum brodium exhibens remanet in lixivio ut ex dictis mesue in suo de
... colligi potest calido de pleuresi in ... sermo in aqua cicerum. Sed si magis medicinale
adhuc ipsum facere volueris ut scilicet sit magis viarum urinalium aperitivum et a calculo magis
preservativum lotis ut supra facias ut parum bulliant. Deinde colentur et colature addatur
parum salis et vini albi optimi cum modico croci et pulvere spicanardi. Deinde hoc totum
parum bulliat addendo si libet oleum olive et tale brodium in principio mense sumatur
vel ad modum citramontanorum fiat offe. Hoc enim brodium est valde laudabile in quo
non posito oleo si simula avenata ordeata vel talia decoqui faciens ac etiam
lac amigdalarum exhibens utile valde fuit. Ex ciceribus tamen diu remollitis a quibus
si iam introitus fuit expoliatum fuit in stula ventre solutiva excitativa et
preparatum in pinguiam ut mesue allegato calido quibus utere si placet. Dicitur hoc tamen fracta
cicera ac a cortice munda magis conveniunt sed cavendum est maxime ne suprascripta
sint vetustate consumpta. Est enim invidiosa vetustas omnium edax rerum. Unde
propter vetustatem plura ex hiis propter naturam amittentia venenositatem acquirunt ysaac
teste in dietis particularibus. Ex herbis conveniunt borrago buglossa spinachia
blitis endivia lactuca portulaca atriplices et hec maxime in estate licet borrago
buglossa satis omni tempore magis estus. De ipsa tamen portulaca et aceto sumatur in tertio. Et
si more ytalicorum insalata facere volueris adde parum eruce borragis mente
et petrosilini et omnia cum sale oleo olivarum confice et aceto. Et est res in tempore satis
conveniens colericis maxime et super omnia in estate conveniunt acetosa. Primo non nulli tantum
vel ei attribuunt ut unus bolus de ea in mane alius in sero vacuo stomacho
sufficiat hominem a peste preservare. Laudatur et cucurbita cum qua parum cepe albi ad
decoquendum ponatur. Iuxta doctrinam Avicenne 3a primi doctrina 2a in capitulo. Oportet ut
sanitatis conservatorum etc. ut eius pluriam frigiditas temperetur ne debilia habentibus